

Vir Reverende & Clariſſ.<sup>e</sup>,

127

Tabula Iſiaca, de qua quæris, eadem omnino est, quæ Bembi Cardinalis pumum, dein Ducis Mantuani olim fuit, & ab Anea Vico Parmensi 1559 edita, a te recusa, & Oedipo Egyptiaco infecta est, de qua bene memini te scripsiſſe, & in hunc usq; diem, quid cā factum sit, sciri non potuerit, postquam in Mantua direptione evanuit. Optime conservata est, ut singulæ figuræ <sup>aque</sup> integre conspiciantur, atq; in Vici exemplo, sed marginem occupantibus ad rectos angulos dorsum reflexis. Delituerat ea hactenus inter aulæ rejicula, ærugine & squalore obducta, protracta in lucem a Bartolomæo Toriniø Medico & Mathematico, Juvene ingeniosissimo, qui mihi in Bibliotheca Ducis eam monstravit, a se paulo ante repurgatam, & agnitam sub pumum, ni fallor, ver hujus anni. Mensa parallelepipedī figuram habet, longior est, quam latior. Musivo opere lamellaris candore suo argentum æmulantes & ari commissas repreſentat.

Haber hic, Vir Rever., quibz Oedipum tuum augere poteris. Quod si accuratiorem descriptionem desideras, Cl. Torinius facile tibi submittet. Ego vehementer gaudeo, me pumum fuisse, q; tibi hoc indicaverit.

Ficus Sardiniae Febriferas an viderit, oblitus es significare. Ego denuo inſto, & ſimil, Utium T. Livig Barattinus aliqd edideit, & an adhuc vivat, ſcire cupio; item, an figure illæ Brachmanum, quas Tomo 3 Ced. Eg. exhibet, ex Ducis Cæſū Codice omnes excepte ſint, an v. inter eas Patri Antonio Cerchio qdām debeant, & in typi eay & quænam, ut singular queam diſtinguere? Si Servieri Muſeum Lugduni non vidisti, quæ principia ibi obſervarerim, tecum communicabo. Vale Vir Rev. & Clariſſ., & me amare perge. ex Thermis Balerukanis prope Monrepellū. 22 Sept. 1664.

comes itineris officiosifam ſalutem tibi remittit.

Tuus omni cultu

Martinus Foglius.

220. 25

Al molto Reverendº Padre  
Atanasio Kircherº

francia

Roma  
nel Collegio Romano.

